

Digitized by the Internet Archive
in 2010 with funding from
University of Ottawa

http://www.archive.org/details/devirginispurifi00meif

DE VIRGINIS PVRIFICATIONE CARMEN:

ILLVSTRISSIMO DOMINO

DOMINO FABIO FERONI

BELLAVISTÆ MARCHIONI

Philippus de Mais Scholarum Piarum alumnus ætatis suæ anno 12. *D. D.*

FLORENTIÆ,

Propè Conductam. MDCLXXXII. *Super. permissu.*

ILLVSTRISSIME DOMINE.

MEmor tuorum in me beneficiorum (Illuſtriſſime Domine) indieſque ad tuum implorandū patrocinium allectus. Hoc de Virginis Purificatione exile Carmen tuo nomini dedicare opere pretium exiſtimaui, quod quamuis exiguum ingratum tibi fore non autumo, ſed cum vir omni ſcientiarum genere præditus, omnique Nobilitate, ac Benignitate præſtantiſſimus exiſtas, maiorem profecto claritatem tuis ſub auſpicijs in lucem prodiens adepturum confido. Excipe ergo hoſce pueritiæ meæ immaturos fructus illa benignitate, qua plurimum

rimum polles, dum toto cordis affectu tibi manus deoſculor. Vale.

Florentiæ die 3. Februarij 1683.

Dominationis tuæ Illuſtriſs.

Humillimus Seruus
Philippus Mei

DE VIRGINIS PVRIFICATIONE CARMEN.

Irginis egregios cuperem memorare decores,
Quæ ſacras niuei palmas candoris adaugens
Empireo, terræque ſatis prætioſa Tonantis
Ad delubra Parens poſt partum ſponſa cucurrit.
Qua ratione tamen gracili modulamine laudes
Ipſius attingam, poſſimque expromere cantum,
Ignoro penitus, timor oſſa per ima recurrens
Non ſinit excelſæ Mariæ me pangere honores;
Exto namque vigens primæuo flore iuuentæ,
Indoctuſque puer, cui vix duo luſtra benignus
Arriſit Phæbus, tribuitq: edicere verſus;
Sed quæ verba fero? fas eſt nunc ſoluere linguam,
Namque, niſi potero laudes narrare ſupremas,
Hic ſaltem dabitur partem memorare minorem
Nominis egregij, potero quoque dicere carmen,
Cum Virgo auxilium mihi clemens porriget ipſa.
Tuque vagi numeroſa cohors Heliconis in alto
Vertice, quam Phæbus docuit, quod robur habebis
Virginei cordis verſu dictura decores?

Tu

Tu mihi ſola potes vires præbere potentes
Nimpha decus Cæli Chriſti Materque Virago ,
Vt valeat facunda tuam mea condere muſa
Verſibus eximiam famam ; mihi trade puſillum
Candoris placidum valeam modulamen habere ;
Perſpicuèque loqui, numquamque perire vadoſi
In tenebris pelagi confuſum nubibus atris ;
Verum poſſe tuas concludere carmine laudes.
Diffugit roſei iam iam rota feruida ſolis ,
Cumque tumentis equos portauit in æquoris vndas ;
En ſoror igninomi conſurgens æmula Phæbi ,
Luna peræthereas ſpatiatur candida ſedes ,
Sydereæque gemunt flammæ crudelia damna
Solis , adimplentes terrarum fletibus orbem ;
Triſtia germano perſoluunt funera dulci .
Haud animo tanti Mortalis luminis æquo
Exitium patiens , etiam ſua lumina perdit
In thalamo, placidamque cupit permembra quietem.
Sic ego perquirens conceſſi munera ſomni
Me dederam thalamo : Thalamum cum fulgidus vrget
Extemplo ſuperæ cæleſtis Nuncius aulæ,
Qui venit , atque mihi tali ſic voce locutus .
Rumpe moras omnes, Mortalis , ſuſcipe veſtes ,
Rectam carpe viam ſacri ad penetralia templi ,
Aſpicieſq; Dei ſobolem cum Virgine Matre .
Dixerat , & ſubito tenues euaſit in auras .
Qualis ab axe poli præmiſſo murmure fulgor
Intonat , inde fugit , viſuſque , inuiſus habetur .
Pulſa fuit gelidæ ſubito mihi mortis imago ,
Et celebranda celer calcaui limina templi .
Hic ſacra muſa precor memora , quæ ſingula vidi,
Quæque perennanti memoratu digna fuere

Virgi-

Virginis intactæ Mariæ vel prolis Ieſu.
Inclita geſta canas modulos edocta perennes:
Lumina viderunt mea Virginitatis amantem,
Lactea quæ ſupra ſeruabat brachia natum,
Cælituum Regem, campos qui numine replet,
Qui mare, qui terras, nubes, qui flumina iungit;
Fœdere amicitiæ, pariter certamine caſtra.
Hæc venit ad templum qualis dilecta columba
De clauſtris egreſſa Noè, quæ Palladis alma.
Arbore decerpens frondentia pondera rami,
Immenſæ molis madidam portauit ad Arcam:
Extitit id ſignum, terrę, Cælique ſatorem.
Iam tribuiſſe viris felici emblemate pacem.
Virgo (columba) manet, quæ ſe firmauit oliuam
Deſuper (hoc ſtabulum) viuit (ramale redemptor,
Candida quem peperit dictus rex pacis amatæ
Ipſe fuit, pacis quoniam demonſtrat oliuam.
Approperans templum cæleſti lumine replet
Illud, & immenſo formoſæ munere lucis.
Suffulti gaudent homines, iuueneſque, ſeneſque,
Ac ſacra pertractans geſtit pæana canendo
Cantibus egregijs Agmen venerabile templi.
Virgo, parenſque Dei mundo de millibus vna:
Sydereoque Polo lectiſſima ſponſa Tonantis,
Lętitiæ ſplendor noſtræ, tu iubila nobis,
Tu decus egregium, ſpecies, tu gloria, tuque
Noſtra ſalus renites, tibi ſint encomia mille,
Mille dicata tibi reſonent præconia laudis.
Tu vero dilecte Puer, quem dextera Matris
Suſtinet intactæ, quæ nobis gaudia portas!
Per te ſtellatus nobis reſeratur olympus,
Per te Tartareus mage non dominatur Auernus

Atque

Atque aderit ſemper cæleſtis gratia nobis.
Salue cara nimis per ſæcula ſingula Virgo.
Salue care Puer, per ſæcula ſingula viuas.
His ego permanſi dictis ſtupefactus, & illam
Eſt cui Virgineum materno pignore corpus,
Intueor, ſummique Dei celebrando parentem.
Vocibus innumeris auditur turba profari,
Viuat in æternum pacis, quæ lucis ad auras
Mortales tribuit fœtum, quæ Virgo remanſit,
Et remanere licet donec durauerit æuum;
Purificanda tamen ſacram ſi venit in ædem,
Noluit illa viris cernentibus ipſa referre
Scandala, quod leges fuerit transgreſſa vetuſtas,
Vel tumido faſtu teneat præcordia, Virgo,
Quæ tota eſt humilis, quamuis ſit ſponſa Tonantis;
Sic ſol æquoreas, & ſi clariſſimus, vndas
Attingit, peperit poſt quam ſplendoribus orbi
Ille diem, ſic iſta Deum, qui luminis auctor
Extitit elargita viris, lucentior vndas
Attingit, laticeſque cupit ſub lege morantes.
Aſt ego diuinas iterum ſentire loquelas
Exoptans; quas turba dabit dilapſa ſupremo
Vertice Cælorum Mariæ dictura decores
Virgineos, ſocioſque meos meliora daturos
Carmina; deuotus Mariam narrate (heb)

LAVS DEO.